



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118820**

§. 38. Georgii Blackwelli mors.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

Sæc. XVII.

A. C. 1608.

§. XXXVIII.

*Georgii Blackwelli mors.**Witte biogr.*  
*Juven. hist.*  
*Soc. l. 13.*

Eodem hoc anno in Anglia mortalitatem exiit Georgius Blackwellus natione Anglus, patria Middlesexiensis. Hic religione Catholicus a summo Pontifice Notarius Sedis Apostolicæ pro Catholicorum in Anglia degentium comodo creabatur: exorta autem Londini inter Sacerdotes non Religiosos & Jesuitas diffidio, Clemens VIII. Blackwellum Angliæ Archipresbyterum creabat, eo fine, ut Anglos Catholicos quidem regeret, in rebus autem majoris momenti a Sede Apostolica & Cardinale Angliæ Protectore penderet: Hac dignitate aliquamdiu quiete fungebatur, donec Jacobus I. Catholicos ad præstandum fidelitatis juramentum adigeret; tum enim quid ipse de eo sentiret, aut Catholicis desuper anxiiis respondendum judicaret, rogatus, reposuit, hac in re responsum ab oraculo Apostolico expectandum, interim vero adhibita aliqua interpretatione Regi esse obsequendum: accepto autem Pauli V. diplomate, quo neminem absque æternæ salutis detrimento se huic juramento obstringere posse declaratum, ipse Pontificis mentem ita explicuit, ut diceret,

datum

datum ab eo consilium, non præceptum Sæc. XVII.  
 esse impositum. Verum hac sua cun- A. C. 1608.  
 statione & Pontificis & Regis indigna-  
 tionem incurrit, & quidem hujus jussu  
 comprehensus, & in vincula conjectus,  
 cum tormentis subjici pertimesceret,  
 ad eorum aspectum non modo jusjuran-  
 dum edidit, sed etiam Catholicis ubi-  
 que significavit, ne se præeuntem se-  
 qui dubitarent, quo comperto Pontifex  
 Blakwellum, acsi causam Religio-  
 nis prodidisset, officio suo exauctorari  
 voluit, suffecto in ejus locum Georgio  
 Birketto, Viro sane probo & integer-  
 rimo. Paulopost autem Blackwellus  
 calamitatibus undique pressus, auxiliis  
 que curis confectus obiit, relicto poste-  
 ris libello contra *mendaciloquentiam &*  
*fraudentam dissimulationem*, præter plu-  
 res epistolas ad Pontificios Anglos. Ex-  
 stat quoque Bellarmini ad illum horta-  
 toria epistola, cujus supra meminimus.

§. XXXIX.

*Benedicti Renati extrema.*

In Galliis hunc annum sibi exitialem *La Croix du*  
 habuit Renatus Benedictus patria An- *Maine Sam-*  
 degavenfis, qui olim Mariæ Stuartæ *marth. Gall.*  
 Scotiæ Reginæ a Confessionibus, postea *Christ. t. 3.*  
 in Franciam contendit, ubi meritorum *Collect. jud.*  
 suffragio Sorbonæ Doctor, Facultatis *S. Facult.*  
 Theo- *Paris. t. 2.*  
 pag. 392.